



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex**

**Delrio, Martín Antonio**

**Mogvntiae, 1624**

Sectio VIII. De accusatione in iudicio post incarcerationem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

per medium contractus, omnibus tam  
en illæsis, pedibus ergo, quibus equi  
non aderant, reliquum iter confece-  
runt, cum Stabuleti in carcere inquisi-  
sent Ioann. illum de Vaulx, cuius cau-  
sa eo profecti fuerant; is statim illis, be-  
ne (ait) in vita expalluitis; nec satis  
vobis omnia prospere successerunt. Et  
dissimilantibus illis, casum narravit,  
addiditque se id à suo dæmone accepisse,  
damnum tamen ab alio quodam dæ-  
mone illatum, iniussu suo: voluisse dæ-  
monem amplius nocere; sed non licui-  
sse Hinc causam habetis, posse per dæ-  
monem nocere, si Deus permittat: raro  
Deum permettere, ne iustitiae execu-  
tio in maleficos impediatur. Plura vide-  
te sup. lib. 3 part. I. q. 3.

Vilior ergo est monitio, ne iudices  
illos diu detinant in carceribus, sed  
vel fontes velox pœna consumat, vel  
innoxij reperti liberentur maturius: a  
& vt obseruentur, ne qua secum ferant,  
vel ne qua inferant alij, quib. sibi nec  
queat inferre: & eadē de causa, ne diuso-  
lae permittantur, nihil enim Diabolus  
diligentius conatur, quam ad mortis  
consilium illas inducere. Sed cureas  
carceribus non eripit? G RILLAND.  
question. 9. scribit quosdam iudices sæ-  
pe expertosan solita inunctione Magi  
capti per dæmonem efferrentur, &  
nullum umquam fortilegia tum effe-  
& um sortita. Vnde multos tenuisse,  
quod capti à dæmonē eripi non pos-  
sint: & rationes reddit duas, primam  
quia Diabolus mauult illas in profes-  
sione sua statim mori. 2. quia D a v s  
non permittit dæmones exercere po-  
tentiam suam, ne id fiat in scandalum  
ipsorum iudicium, & Dei ignominiam,  
Nam videretur plus posse Diabolus in  
suis ministris strigibus; quam Deus in  
luis, qui sunt iudices, quæ ratio poste-  
rior est D. Thom. Confirmatur, quia

a Authen-  
tode.  
cultod.  
reorum.  
b Nic. Re-  
mig. li. 3:  
de mono-  
lat. c. 6. 7.  
& 8.

A Pompeiopoli existens Inquisitor per-  
misit cuidam malefico capto vt se inun-  
geret, & licentiam dedit euolandi si  
posset, & ille statim iubatus fuit in aë-  
rem. Cum Legione in Hispania dege-  
rem legi litteras ad doctorem quen-  
dam Canonicum datas, quibus hoc in-  
ter cetera narrabatur. Ergone hoc tūc  
accidit, quia cessabat ratio prædicta,  
nec dæmon poterat videri contra iudi-  
ciariam potestatem præualuisse? Sua-  
derem tamen Iudicibus abstinere ab  
huiusmodi experientijs; in quibus plus  
est curiositatis, quam pietatis. Punitæ  
morte iudicum curiositatis ego alias  
ex Cumano exemplum dedi; quod i-  
dem ex Siluestro Prierate CRESPE-  
TUS narravit, lib. 1. de odio Satana dis-  
cur. 15. Posterior autem illa: D. Thomæ  
ratio quanti sit momenti dictum iam,  
lib. 3. part. 1. quæst. 5.

## SECTIO VIII.

*De accusatione in iudicio post in-  
carcerationem.*



E hac sufficiunt iam à  
nobis dicta, sup. sect. 6. si  
quis plura volet, legat  
Prosp. Farinac. quæst. 12.  
& 16. Clar. §. fin. q. 12.  
cum mul. seq.

## SECTIO IX.

*Dé tortura.*

**A** D hanc iam diximus, quæ  
sufficient indicia; sup. sect. 3.  
& sect. 4. Nūc videndū no-  
bis qualis esse debeat? quā-  
do iteranda decernendaue? & quæ hac  
in re superstitionis sint vitanda?  
Quoad primum secundumque sunt  
enim

EE